18.

DE

VSV MODERNO IVDICII PARIVM CVRIAE

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS CONSENSV

PRAESIDE

GODOFR. DAN. HOFFMANNO

PHILOS. ET IVR. VTR. D. SACR. CAES. PAL. COM.

IVRIS PVBL. ET FEVD. P. P. O.

POTENTISS. WVRTEMB. DVCIS CONSIL.

SOCIETATVM IENENSIVM, LATINAE ET TEVTONICAE, MEMBRO HONORARIO

D. II. MAII MDCCLIII.

PVBLICE DISSERET

AVCTOR

ERN. ANT. HENR. L. B. DE SECKENDORFF

EQVES FRANCVS.

TVBINGAE

LITTERIS ERHARDTIANIS.

DE

VSV MODERNO IVDICII PARIVM CVRIAE WVRTEMBERGICI.

§. I.

Egregiis, quibus florentissimus Würtembergiæ Ducatus eminet superbitque prærogativis; & luculentis atque manifestis, quas superstites in eo veneramur, vetustatis morumque avitorum, reliquiis haud inepte accensendam arbitramur viridem judicii Parium Curiæ clientelaris observantiam, hodierno & frequenti usu vigentem: quam dum vindicare molimur ac illustrare, nos non modo præclare de Jure Würtembergensi beneficiario, merituros fore confidimus; sed largum quoque post aliorum messem industriamque spicilegium nobis relictum esse animadvertimus.

Instituti ratio.

Prærogativis Ducatus Würtembergici etiam usus hodiernus Parium Curiæ clientelaris accenseri meretur.

I. Præfulgidæ omnino sunt prærogativæ, quibus vastus Würtembergensis ducatus, sive jus publicum intuearis, sive privatum,

De Prærogativis ducatus Würt. remissive.

corruſcat. IO. PETR. de LUDEWIG *Comm. de Jur. & Prærog. Ducat. Würt. Hal. 1719. in 4.* Jucundum æque ac pronum mihi foret ingentem earum conducere ac propalare copiam, niſi ejuscemodi anfractus atque excurſiones vetaret inſtituti ratio.

De juris beneficiarii Würt. ſcientia melius excolenda.

II. Satis omnino diu tenebris obruta incultaque jacuit Juris Würtembergenſis Clientelaris ac beneficiarii notitia. Quæ eo minus induſtriam Jureconſultorum hujus ducatus eminentiſſimorum effugere debuiſſet; quo amplior antiquitus ingentique fidelium & miniſterialium copia abundantior extitit Würtembergenſis Curia clientelaris. Vid. Reichsſtändiſche *Archival*-Urkunden *in cauſa equeſtri, P. I. Sect. I. c. I. n. 24. ſeqq. Perill. & Excell.* DN. HENR. CHRIST. L. B. DE SENCKENBERG *in Select. Jur. & hiſtor. Tom. II. C. IV. p. 278.* ubi longa Miniſterialium fideliumque Würtembergiæ quondam & ejus ditionibus adſcriptorum recenſetur ſeries. Dexterrimus Tabularii ducalis Præfectus DN. CHRIST. FRID. SATTLER in der hiſtoriſchen Beſchreibung des Herzogthums Würtemberg *II.* Theil, *c. LX.* von denen Lehen des Herzogthums Würtemberg. Miror omnino HENRICUM BOCERUM, IO. IAC. PLEBSTIUM, GABRIELEM SCHWEDERUM, aliorumque, quorum impiger fuit in jure feudali calamus, mores patrios penitus fere neglexiſſe. *Perill* HENR CHRIST. L. B. DE SENCKENBERG *in Prodromo Juris Feud. Germ. C. VII. §. XVII. p. 77.* Adp. GE. AD. STRUVII *Synt. Jur. feud. edit. A. 1734.* Miror Jus clientelare Würtembergicum hactenus nullum ſui cultorem reperiſſe. Prorſus ſane ſitu & ſqualore manſiſſet obſitum, niſi ejus notitiam protruſiſſent emergentes publicæ cum Equeſtri ducatus ordine lites & controverſiæ, inprimis noviſſimæ quarum occaſione præcipue ſervitiorum feudalium materia propalatis eximiis Tabularii monumentis chartisque egregie illuſtrata fuit. Vorlegung der anwachſenden Reichs-Ritterſchaftlichen Irrungen ꝛc. Stuttgardt, *fol.* 1749. *Membr. VII. p. 131.* von den Lehen-Dienſten. Würtembergiſche *Archival*-Urkunden *in cauſa equeſtri Vol. I. Sect. III. C. III.* Elegantiſſimum quoque *Illuſtri Dn. Præſidi* GODOFR. DAN. HOFFMANNO debemus juris clientelaris Würtembergici Specimen,

cimen, *in pererudita diss. de Feudo Pœnæ* exhibitum, Tub. 1752. Insigniter proinde absque jactantiæ inani vanitate confidimus, nos de juris Wüttembergici feudalis cultura fore merituros, qui tale nostræ exercitationi selegimus argumentum, ex quo omne jus Würtembergiæ beneficiarium ingens lumen consequi poterit.

III. Quamvis in hoc argumento suam jamjam industriam exercuerint Viri elegantissima Juris Germanorum clientelaris scientia præstantes: idem tamen acturis haud inane spicilegium, sive generalem doctrinam, sive speciales Würtembergiæ mores intuearis, relictum esse reperimus. Etenim præclara præstiterunt, omnique eruditionis apparatu hanc doctrinam exposuerunt, *Illustres Viri*, IO. IAC. MASCOV *in diss. elegantissima de Paribus Curiæ*, *Lips.* 1740. 4. DN. GOTTLOB. AVG. IENICHEN *in Comm epistolica de usu hodierno Parium Curiæ in feudis Germaniæ Provincialibus*, *Giessæ* 1752. 4. DN. IO. GE. ESTOR *diss. de Jurisd. Curiarum clientelarium Germ. Marp.* 1746. 4. Enimvero horum scrinia non expilabimus, sed prætermissa quædam supplere, Pariumque Curiæ Würtembergensis usum hodiernum vindicare satagemus & commonstrare. Scriptores de Paribus Curiæ præstantiores.

§. II.

Vt igitur a principiis ordiamur: vocum primo veros investigemus significatus. *Par* juxta purioris Latini Sermonis usum indigitat similem, æqualem, vel originis, ætatis, natalium, ac status vel conditionis munerisque intuitu. *Cel. & humanissimus* DN. IO. MATH. GESNERVS *in novo linguæ & eruditionis Romanæ Thesauro, voce Par, Tomo III. p.*682. quem significatum etiam legibus solemnem esse ac familiarem insigni locorum copia evicit BARNAB. BRISSONIVS *de Verborum in Jure Civili significatione, ed.* IO. GOTTL. HEINECCII *voce Par, p.*994. Curia autem trito usu innuit concilium consessumque virorum rempublicam cu- Vocum verus investigatur significatus e sermone Romano.

rantium seu locum consilii publici. FESTVS *Fragm. de V. S. voce Curia.* Inprimis vero Senatus Romani amplissimique ordinis, immo decurionum quoque in municipiis & coloniis conventum ac concionem designat; nonnunquam etiam ædes publicas sacris peragendis dicatas significat. M. T. VARRO *Fragm. de Lingua latina L. IV. V. VI. p.* 17. 20. 32. 37. 53. „*Curia*, inquit, *duo-„rum generum, nam & ubi curarent sacerdotes res divinas ut „curiæ veteres; & ubi Senatus humanas ut curia hostilia: „Curia ubi Senatus rempublicam curat: Curia etiam dicitur ubi „cura sacrorum publica.*„ Curiam, quatenus Senatus Romani concilium innuit, M. T. CICERO *in Orat. pro T. Ann. Milone c. XXXIII. ed.* IO. AVG. ERNESTI vocat „*Templum sanctitatis, amplitudinis, mentis, consilii publici, „caput urbis, aram sociorum, portum omnium gentium; sedem „ab universo populo Romano concessam uni ordini.*„ IO. MATH. GESNERVS *in Thes. novo Linguæ & Erud. Rom. voc. Curia, Tomo I. p.* 1324. BARNAB. BRISSONIVS *de Verb. in Jure Civili signific. voce Curia pag.* 284. *ed.* HEINECCII, CHRIST. CELLARIVS *in Comp. Antiquit. Rom. cum perelegantibus notis C.* DN. IO. ERN. IMM. WALCHII *L. VI. Sect. I. C. I.* §. 12. *p.* 420. *seqq.* Frequenter quoque templa curiarum insigniri solebant nomine, si propter Curiæ Hostiliæ angustiam Senatus in illis confluebat. Ita Senatus in templo Jovis Statoris congregatus fuit cum Cicero in Catilinam inveheretur. M. T. CICERO *in Orat. I. in L. Catilinam c. XIII.* Non commemorabimus reliquas hujus vocis significationes atque usurpationes, quas inter haud indigna memoratu ea mihi videtur, cum Curia indigitat classem Populi Romani in tribus certas ordinesque pridem distributi Illum

quippe

quippe jam Romulus in tribus tres, ſingulas vero tribus in decem diſtinxit curias. DION. HALICARNASS. *L. II. p.* 82. *ed. Sylburg.* CAROLVS SIGONIVS *Tr. de Ant. Jure Civ. Rom. L. I. C. III. p.* 29. Secundum quam diſtributionem Populi Romani comitiorum quoque genera variabant, prout populus vel per Curias, vel per tribus, vel centurias ſuffragia ferebat. SAMVEL PITISCVS *Lexic. Ant. Rom. L. I. c. XVII.* GVIDO PANCIROLVS *de civitate Romana C. LIII.* NICOL. GRVCHVS *de comit. Roman. L. III. C. III. in* IO. GE. GRÆVII *Theſ. Antiqu. Rom. Tom. I.* IO. GOTTL. HEINECCIVS *Syntagm. Antiqu. Rom. Jurisprud. illuſtrant. L. I. Adp.* §. *LXIV. Oper. Omn. ad Jurispr. Philos. & Liter. elegantiores ſpectantium Tom. IV. P. II. p.* 228. *Hiſtor. Jur. Civil. Rom. & Germ. L. I. C. I.* §. *VII. Tom. IV. P. I. p.* 4. Æque ſolemnis eſſe ſolet ea vocis acceptio, ut innuat decurionatum eique cohærentia munera. Hinc Curiæ ſeſe offerre ac mancipare is dicebatur, qui decurionum ordini ac conditioni ſeſe adſcribendum curabat & addicendum. *L.* 3. 4. *C. de Natur. liber.* EDMVNDVS MERILLIVS *Obſerv. L. VII. Obſ. XXVI. p.* 109. IAC. GODOFREDVS *Comm. ad Cod. Theodos. L. X. Tit. XXX. de Decurionibus & Lib. eorum &c.* BARNAB. BRISSONIVS *de verb. ſignif. voc. Curialis p.* 284.

§. III.

Vocum harum ſignificatus eruitur ex latinitate media & infima.

Quandoquidem igitur Par ſimilem atque æqualem intuitu conditionis & ſtatus indigitat: haud inepte Germani Pares dixerunt eos, qui ejusdem ordinis & ſtatus in republica ſunt. CAROLVS DV FRESNE DV CANGE *in Gloſſ. Med. & Infim. Latinit. Edit. Congreg.*

S. Mauri

S. Mauri Benedictin. Paris. voce Par, Tomo V. p. 130. In certos quippe ordines respublica ab omnibus Teutonicæ originis gentibus diſtributa erat, quos miſcere atque confundere nefas erat. *Cel.* DN. IO. STEPH. PÜTTER *in Elem. Jur. Germ. Priv. Tom. I. L. I. Tit. I. §. XXI. XXV. p.* 14. 15. Qui igitur unius & ejusdem ordinis conſortes erant, illi audiebant Pares. LEGES ALEM. *Tit.* 93. *apud* PETR. GEORGISCH *in Corp. Jur. Germ.* Quid igitur Pares Curiæ ſint, mox adparebit, ſi Curiæ ſignificatus inveſtigaverimus. Curia in vetuſtis mediæ infimæque latinitatis monumentis innuit publicam domum judiciariam, ſeu ædes publicas juri dicundo deſtinatas. Hinc Curiam tenere nil aliud ſignificat, quam diem juridicam habere, ſeu jus dicere ac litibus ſubditorum dirimendis vacare. CAROLVS DV FRESNE DV CANGE *in Gloſſ. cit. voc. Curia Tomo I. p.* 1247-1250. Pares Curiæ heic igitur deſignant Scabinos & Aſſeſſores judiciorum, quos quippe ejusdem ac partes litigantes oportebat eſſe ordinis & eorundem natalium, qui Schöppenbar dicebantur. IO. GOTTL. HEINECCIVS *Elem. Jur. Germ. Priv. Tom. I. L. I. Tit. III. §. LXXIV. pag.* 52. *Tomo II. L. III. Tit. I. §. V. p.* 356. FRID. BRVMMERVS *Comm. de Scabinis. C. II. p.* 280. Et Pares communitatum innuunt Scabinos Pagorum ac oppidorum. CAR. DV FRESNE DV CANGE *in Gloſſ. voce Par, p.* 145. *Tom. V.*

Curia denotat domum judiciariam.

§. IV.

Frequentius adhuc innuit Palatium Principis.

Inprimis vero Curia medio ævo Aulam Palatiumque Principis innuebat. Habebant nimirum quondam Reges & Imperatores Germanici, reipublicæ adminiſtrandæ

ſtrandæ ergo univerſum imperium obire ſoliti, varia in Germaniæ regionibus provinciisque Palatia Cortesque & villas Regias, in quibus Curiam ſolemnem celebrare conſueverant. CAR. DV FRESNE DV CANGE *Gloſſ. med. & inf. lat. voce Curtis Tomo II. p.* 1113. *voce Villa, Tomo VI. p.* 1593. *Reverendiſſ. quondam Gottvvicenſis Cœnobii Præſul, Germaniæ Mabillonius,* GODOFR. BESSELIVS *Chron. Gottvvicens. Tomo II. L. III.* ubi omnes veterum Germaniæ regum villas curtesque deſcribit. IO. MABILLONIVS *in æterno opere de Re Diplomatica, Suppl. CI.* §. 7. In ejuscemodi Curia ſolemni præcipua domus auguſtæ majeſtas emicabat. Etenim in ea feſti dies, lætaque gentis regiæ ſolemnia feſtivo cum apparatu celebrari, conventus Procerum haberi, de republica conſultari, inaugurationes & inveſtituræ fieri, judicia exerceri moris erat. In eadem ſolemni Curia auſpicia regni capi, coronationis ritus peragi, feſtivaque convivia parari ſolebant. CAR. DV FRESNE DV CANGE *in diſſ. ad Joinvillæ Hiſtor.* LVDOVICI *S. IV. apud* DN. FRID. WILH. DE PISTORIVS *P. I. Amœn. Hiſtor. Jurid. p.* 92. *Cel.* DN. IO. FRID. JOACHIM Einleitung zur teutſchen *Diplomatic, XIV.* Haupt-Stück §. 2. *ſeqq. p.* 231. B. DN. D. CHRIST. HENR. ECKARDI *Introd. ad rem diplomaticam, Sect. III. C. VII.* §. *LIX. ſeqq. p.* 208. *ſeqq. Illuſtr.* DN. IO. JAC. MASCOV. *diſſ. de Paribus Curiæ,* §. *III. IV. & in Princ. Jur. Publ. I. R. G. L. III. C. VII.* §. *II-IV. edit.* 1751.

§. V.

Miniſteriales Palatii & Curiæ

In celebranda eiuscemodi ſolemni curia maxime conſpicua erant Procerum Aulicorum miniſteria. B. IO. AD. KOPP. *in Hiſt. Jur. Feud. Germ. Ep. I. Th. IV. & Th. VIII.*

Ill. DN. IO. GE. ESTOR. *Comm. de Minifterialibus, C. I.* §. *XVIII. p.* 27. Fidelitatis enim & beneficiario nexu Regno & cuivis Curiæ adfcripti erant & devincti Minifteriales feu Officiales regis, regnique, quorum officium in eo fefe exferebat, ut in curiis folemnibus variis defungerentur aulæ minifteriis. *Ill.* DN. IO. IAC. MASCOV. *diff. de origine officior. Aulicor. S. R. Imp.* 1716. *Principia Jur. Publ. I. R. G. L. III. C. VII.* BVRC. GOTTH. STRVV. *Corp. Jur. Publ. C. IX.* §. *II. feqq.* IO. FRID. PFEFFINGER *in vaftiffimo Vitriarium illuftrante Commentario, L. I. Tit. X.* §. *I. feqq.* HERM. DIETER. KEMMERICH *in Introd. ad Jus Publ. Imp. R. G. Tomo I. L. IV.* §. *II. feqq. p.* 611. Hi vero Proceres Palatini ac Aulici cum ejusdem effent vinculi clientelaris, cum ex fuperiori omnes nobilitate defumerentur, cum iisdem defungerentur aulæ minifteriis officiisque, nomen fortiti funt Parium domus, Curiæ, Curtisque. CAR. DV FRESNE DV CANGE *Gloff. voc. Pares Curiæ Tomo V. p.* 138.

Dicti Pares domus & Curiæ.

§. VI.

Natales officiorum I. R. G. Palatinorum & Parium regni Gallici.

Luculentos hos effe natales exiftimo non modo officiorum Germaniæ Palatinorum, quibus hodienum Principes Germaniæ Electores corufcant ac inveftiuntur. *Ill.* IO. IAC. MASCOV *diff. de orig. officior. Imp. Palatin. Princip. Jur. Publ. R. G. L. III. c. VII.* BVRC. GOTTH. STRVV. *Corp. Jur. Publ. C. IX.* §. 2. Verum Parium quoque regiæ Domus Gallicanæ, *des Pairs de France*, qui hodienum ceu primarii curiæ Aulæque Galliarum regis Proceres fuperftites funt. Prifcis enim temporibus Reges Francorum in eo præcipuum aulæ Palatiique fplendorem collocabant, ut nobilisfimas

ſimas gentes beneficiario nexu ad obeunda Palatii munera devincirent. Poſtquam deinde beneficia hereditariam adepta fuerunt indolem, etiam iſte honos, quem *Paritatis* vocant *de la Pairie* ad poſteros ceu gentilitius transmitti cœpit. CAR. DV FRESNE DV CANGE *Gloſſ. med. & infim. latin. Tomo V. voce Pares p.* 138. PHILIBERT. BRVSSEL *dans le nouvel Examen de l'Vſage general des Fiefs en France pendant les XI-XIV. Siecles, Tomo I. p.* 646. P. GABR. DANIEL *dans l'Hiſtoire de France Tom. II. p.* 651. L'AVTEVR ANON. *de l'Hiſtoire de la Pairie de France. L'Esprit des Loix, Tom. II. Liv. XXXI. Chap. I. III. VII. p.* 496. 500. 504. PIGANIOL DE LA FORCE *Nouvelle deſcription de la France Tom. I. Ch. XX.* GODOFR. ACHENWALL Abriß der Staats-Verfaſſung der Europäiſchen Reiche *III.* Haupt-Stück, *M. IV.* §. 29. *p.* 125.

§. VII.

Curias quoque adornarunt imperii Proceres.

Ad ſimilitudinem Domus Auguſtæ regiæque ſuas quoque curias inſtruere & Palatinis miniſterialium nexu clientelari obſtrictorum officiis mox exornare cœperunt Imperii Proceres. IO. AD. KOPP. *Tr. de inſigni differ. inter S. R. I. Comites & Nobil. immed. Sect. I. §. X. Hiſt. Jur. P. IV. Jur. Germ. Feud. Ep. I. Th. XII. Ep. II. Th. V. Illuſtr.* DN. CHRIST. GOTTL. BVDER *in diſſ. de Feudis Officialium hered. Proc. ac Provincialium Germaniæ C. I. opuſc. p.* 201. *ſeqq.* Qui igitur feudali ac clientelari vinculo hisce Curiis obnoxii erant, ii Pares Curiarum vocari ſolebant, ob paritatem nexus beneficiarii, & identitatem curiæ cui adſcripti erant, ſeu ob paritatem tenuræ & hominii. CAR. DV FRESNE DV CANGE *in Gloſſ. med. & inf. latin. Tomo V. voce Pares p.* 131.

§. VIII.

Conceptus Parium Curiae.

Sponte nunc quemvis intelligere arbitror, quis per Parem Curiae in infima & media latinitate innui consueverit. Vltro etiam hujus denominationis ratio adparere videtur. Etenim Pares Curiae, quos alibi Pares Curtis, Pares domus, Compares vocari reperimus, *II. Feud. XVI. XXXIX.* PHIL. IAC. WINTHER *in diss. de Paribus Curiae eorumque Jurisdictione Argent.* 1620. §. II. CAR. DV FRESNE DV CANGE *in Gloss. med. & inf. latin. voce Par Tomo V. p.* 131. non possunt non indigitare unius ejusdemque curiae dominique Vasallos eodem beneficii genere inauguratos atque gavisos. *Ill.* DN. IO. IAC. MASCOV *diss. elegant. de Paribus Curiae §. VI. Ill. Dn. Vice-Canc.* IO. GE. ESTOR *in diss. de Jurisdictione curiarum Germaniae clientelarium & de causis Feudalibus C. V. §. XXVI. p.* 46. PHIL. BRVSSEL *Nouvel Examen de l'Vsage General des Fiefs Tom. I. p.* 260. „*Vassaux qui tiennent leurs* „*fiefs en un egal degré de Noblesse.*

Ratio denominationis.

Quo praestructo Parium Curiae conceptu facile reddideris hujus nominis rationem. Dum enim Vasalli plures eidem adscribuntur curiae, dum sunt ejusdem status & ordinis; dum eodem clypeo continentur, & eodem gaudent beneficii genere, apte satis congrueque ob mutuam aequalitatem Pares videntur appellari. b. IO. GOTTL. HEINECCIVS *Elem. Jur. Germ. Priv. Tomo II. L. III. Tit. II. §. XC. p.* 447. *seqq.* IO. LAVR. FLEISCHER *Instit. Jur. Feud. C. XXII. §. V. p.* 828. quamvis istam denominationem a Patribus Curiae apud Romanos, ceu vocabantur Senatores atque decuriones descendere, vero arbitretur esse similius *Perill. & Excell.* DN. HENR. L. B. DE

SEN-

SENCKENBERG *in Primis Lineis Jur. Feud. Germ. P. II. C. XVII.* §. 432. *p.* 523.

§. IX.

Functiones & officia horum Parium Curiæ in eo præter militaria servitia consistebant ut I. Investiturarum & inaugurationum ritibus solemnibusque interessent, ceu testes legitimi. *Ill* DN. IO. GE. ESTOR *Lib. de Inaugurationibus beneficiariis, harum symbolis & ritibus, itemque de investitura sine literis C. I.* §. *XVII. p.* 25. *Perill. & Excell.* DN. CHRIST. HENR. DE SENCKENBERG *Prim. Lin. Jur. Feud. P. II. C. X.* §. 239. *p.* 257. II. Ut Placita domini servarent ac custodirent; hoc est, ut judicio domini clientelari interessent litibusque beneficiariis dirimendis vacarent: CAR. DV FRESNE DV CANGE *in Gloss. med. & inf. latin. voce Placitum, Tomo V. p.* 519. *seqq.* In solemni enim curia non modo inaugurationum ritus peragi, verum judicia quoque exerceri, jus dici, litesque clientelares decidi componique consuevisse supra me demonstrasse memini. *Ill.* DN. IO. IAC. MASCOV *in diss. de Paribus Curiæ* §. *III. Princ. Jur. Publ. J. R. G. L. III. C. VII.* § 141. IO. IAC. SORBER *in cultissima commentat. de Comitiis Veterum Germ. Vol. II. P. II. Cap. VIII.*

Parium Curiæ functiones. I. Interesse investituris.

II. Placita feudalia custodire.

§. X.

Præcipuum quippe suæ libertatis præsidium in in eo collocabant Germaniæ & Provinciarum Proceres Vasallique, ut judicarentur a nemine, nisi æqualibus, paribusque, quorum in sinceritate plurimum ponebant fiduciæ. *Illustr.* DN. IO. IAC. MASCOV *in diss. de Paribus Curiæ* §. *VIII. X.* IO. GE. ESTOR. *in Opusc.*

Libertatis præsidium existimabant Germani judicari ab æqualibus.

de Judicio principum, Sect. I. §. VI. VII. XIV. XXIII. XXIV. Comm. de Ministerialibus p. 293. L'AUTEUR *de l'histoire de la Pairie de France p.* 1. „ *Il est besoin pour parvenir a la definition d'un Pair de France de faire connoitre, que c'etoit* „ *un droit naturellement acquis a la Nation Françoise, que chaqu'un fut jugé par Son Pair, c'est a dire par son pareil.* „ In Judiciis eapropter feudalibus, placitisque beneficiariis ac aliis nemo temere adsessoris munus fuit adeptus, nisi esset litigantium Vasallorum commilito, eidem curiæ eodemque nexu clientelari obstrictus, ejusdemque status ac conditionis. B. IO. GOTTL. HEINECCIUS *El. Jur. Germ. Priv. Tom. II. L. III. T. III. §. XC. p.* 447. *Ill.* DN. FRID. ESAI. PUFENDORF. *L. de Jurisd. Germ. P. I. C. III. p.* 26. 27. IO. GE. ESTOR. *diss. de Jurisd. curiarum Germ. clientelari C. V. §. XXIV. Not. I. p.* 43. FRID. BRUMMER. C. *de Scabinis C. II. §. XXI.*

Nemo facile Scabini munus adipiscebatur nisi æqualis esset conditionis.

§. XI.

Dominus nunquam absque Scabinis Paribus judicare poterat.

Quamvis enim antiquitus Dominus directus ob arctissimum Vasalli nexum clientelarem, quo ei adstringitur in omnibus controversiis inter illum & se, vel inter illum aliosque Vasallos exortis & in omnibus ex conventione & vinculo feudali oriundis caussis juris dicundi auctoritate polleat. *Ill.* DN. IO. GE. ESTOR *diss. de Jurisd. Curiarum Germ. clientelari C. V. §. XXIII. Ill.* DN. FRID. ES. DE PUFENDORF. *in L. de Jurisd. German. Sect. III. de Jurisd. Domini in Vasallos & colonos C. I. §. III. p.* 728: Eam tamen propriis auspiciis, ac solus ex arbitrio nunquam exercere potuit, verum Scabinos Pares, ac ejusdem Status, indolis, conditionis adhibere semper obstrictus erat B. IO. GOTTL. HEINEC-

CIUS

CIVS *in Elem. Jur. Germ. Priv. L. III. T. II. §. XC. Tomo II. p.* 447. FRID. ES. PVFENDORF *L. de Jurisd. Germ. P. I. C. III. §. VII. IX. P. III. Sect. III. C. I. §. VIII. p.* 130. Inde enatum celebre iſtud judicium Parium Curiæ, in quo dominus ejusque Vicarius præſidebat, Pares vero ceu Scabini legitimi & neceſſarii adſidebant. CHRIST. HENR. L. B. DE SENCKENBERG *in Primis Lin. Jur. Feud. P. II. C. XVII.* §. 432. *p.* 522.

I. Penes Germanos omne judicium irritum habebatur & nullum, cui non adſiderent Scabini. Ratio eſt in promptu. I. Lites dirimendæ erant ex morum domeſticorum norma & præſcripto. Horum nemo peritior eſſe poterat, quam Scabini ejusdem ſtatus, eorundemque natalium II. Sibi hac ratione optime proſpectum arbitrabantur litigantes contra iniquitatem judicis ac domini. In ſinceritate enim Scabinorum parium magnam collocabant fiduciam. FRID. BRVMMERVS *Tr. de Scabinis.* FRID. ES. PVFENDORF. *L. de Jurisd. Germ. P. I. C. III. §. VIII. IX. p. 23. ſeq.* Comitibus qui jamjam Taciti temporibus exercebant Jurisdictionem adjungebantur in conſilium adſeſſores, quorum ex ſententia jus dicerent redderentque. C. C. TACITVS *L. de Moribus & ſitu Germanorum, C. XII.* FRID. BRVMMER. *Tr. de Scabinis c. II. p. 280. ſeqq.* Etiam comitibus miſſisque regiis ad juſtitiam penes Francos adjungebantur Scabini, quorum ope & conſilio haurirent invenirentque ſententiam. IO. GE. ECCARD *in Comm. ad Leg. Franc. Salic. & Ripuar. p. 96.* FRID. BRVMMER. *Tr. de Scabinis C. V. §. XI.* Antiquitus igitur mos viguit adhibendi Scabinos in conſilium. IO. GOTTL. HEINECCIVS *in Elem. Jur. Germ. Priv. Tomo II. L. III. T. I. §. V. p. 356. §. XIX. p. 369.* Judicium omne penes Germanos absque Scabinis irritum habebatur.

II. Jurisdicundi poteſtatem nunquam regum principumque arbitrio permiſerunt originis Teutonicæ gentes, verum comitiis conciliisque populi vindicarunt. IO. AD. KOPP. *Hiſt. Jur. P. VI. Ep. I. Th. XII. Cel.* DN. IO. IAC. SORBER *Comm. de comitis veter. Germ. antiquis, Vol. I. P. I. C. X. XI. Vol. II. P. I.* Imo Jus dicebatur olim in comitiis.

P. I. C. VII. P. 2. C. VIII. *Illustriss.* DN. HENR. S. R. I. COMES DE BVNAV in der Kayser- und Reichs-Historie *P. II. L. I. Vol. II. p. 4-8.* Provinciarum Proceres semper erant legitimi commilitonum judices. Hinc hodienum supremorum Tribunalium necessarii & legitimi adsessores sunt status ordinesque provinciales. *Illustr.* DN. DAV. GE. STRVBEN *in Observ. Jur. & Hist. Germ. Obs. V. de Statibus Provincialibus legitimis Dicasteriorum adsessoribus. In App. comm. de Juribus Villicorum*, nec non in dem gründlichen Unterricht von Regierungs- und Justiz-Sachen *Sect. I. §. II. p. 6.*

§. XII.

Parium Curiæ judicium ergo esse antiquissimum patet ex medii ævi monumentis.

Ab antiquissimis igitur inde temporibus lites clientelares Parium Curiæ suffragio consilioque a dominis decidi moris erat. Solus dominus absque legitimis hisce Scabinis nunquam ferebat in causa beneficiaria sententiam. Evincunt istum morem, nostrumque adsertum corroborant egregia vetustatis monumenta, legesque beneficiariæ tam Germanicæ quam Longobardicæ ac exteræ. MATTHÆVS *Parisiensis ad A. MCCXXVI.* „ *Adjiciunt*, inquit, *quod nullus de* „ *regno Francorum debuit ab aliquo jure suo spoliari, nisi per* „ *per judicium XII. Parium.* „ RADEVICVS de gestis FRIDERICI I. BARBAROSSÆ *L. II. C. V. apud* CHRIST. VRSTISIVM *Tom. I. Scriptorum rer. Germ.* ubi hanc legem refert: „ *Si de feudo inter duos Vasallos sit controversia, do-* „ *mini sit cognitio & per eum controversia terminetur; Si ve-* „ *ro inter dominum & Vasallum lis oriatur per Pares Curiæ* „ *a domino sub debito fidelitatis conjuratos terminetur.* „ Quibus succinit GVNTHERVS *L. VIII. Ligurini v. 633.*

„ *Inter Vasallos unius forte Patroni*
„ *Quæstio de feudo quoties agitatur eodem,*

„ Quo

„ *Quo feudi domino gaudent, hoc judice certent.*
„ *Si tibi pro feudo, quod te tribuente fatetur,*
„ *Acceptum, tu vero negas, Vasallus agendam*
„ *Forte movet litem; non tu sed curia judex*
„ *Audiat, & certo determinet ordine litem.*

OTTO *Frisingensis de gestis* FRIDERICI I. *Tomo I. Script. rer. Germ.* CHRIST. VRSTISII ubi de Hungaris loquitur. „*Nulla,* „ inquit, *sententia sicut apud nos (Germanos) moris est, per Pares* „ *exposcitur . . . sola sed principis voluntâs apud omnes pro ratione habetur.* Suffragantur chartæ & diplomata medii ævi quam plurima. Diploma imperatoris RVDOLPHI I. eam in rem exhibent FRID. A SANDE *in Comm. in Geldriæ & Zutphaniæ consuetudines feudales, C. I. L. III. p.* 370. B. IO. PETR. A LVDEWIG *diss. de primo foro subvasall. imperii C. V. §. VII. nota T. Opusc. Miscell. L. II. Opusc. I. p.* 690. Chartam Imperatoris HENRICI VII. non minus memorabilem nobiscum communicant CHRIST. BVTKENS *in Prob. Trophæor. Brabant. p.* 68. & AVBERTVS MIRÆVS *in donat. Belgicis C. XCV. p.* 413. ut alia medii ævi monumenta taceam obvia apud ANTON. MATTHÆVM *comm. de Nobilitate p.* 343. *seqq.* NICOLAVM ZYLLESIVM *in Defens. S. Maxim. p.* 53. CHRIST. GEORG. IOHANNIS *rerum Mogunt. Tom. II. p.* 472. IO. FRID. SCHANNAT *in Clientela Fuldensi C. III.* CAR. DV FRESNE DV CANGE *in Gloss. med. & inf. latin. voce Pares Tomo V. p.* 131. *voce Placitum p.* 519. unde sua desumserunt IO. LAVR. FLEISCHER *in Inst. Jur. Feud. C. XXII. §. IV. N.* 6. *p.* 815. & inprimis *Celeb.* DN. D. IO. GEORG. CRAMER *in commentar. de Jurib. & Prærogat. nobilitatis avitæ, Tomo I. C. V. §. VI. p.* 431. *nota A.*

§. XIII.

Judicium Parium Curiæ etiam efflagigitant Leges Germanorum beneficiariæ.

Conſpirant omnes Germanorum leges beneficiariæ ac clientelares in eo, ut Pares Curiæ ad decidendas controverſias feudales abſciſſe neceſſarios pronuncient præcipiantque. *Jus Feud. Alemann. C. XVIII.* §. 1. „Ein Herre ſol zu dem mynſten zwölff Man han do er umbe Lehen richtet. in *Perill. & Excell.* DN. HENR. CHRIST. L. B. DE SENCKENBERG *Corp. Jur. Feud. Germ. N. II. p.* 30. & *Cap. XC. p.* 75. „Nymet ein Hern ſynem Manne gůt oder wengert es ihme zu lihende oder Lehn Recht zu tunde oder empfürt er ihme die Mannſchafft, das ſol er clogen dem obern Herren vor ſinen Mannen ꝛc. ꝛc. AVCTOR VETVS *de beneficiis Cap. II. de ordine Placitationis in Corp. Jur. Feud. Senckenberg. p.* 173. *Jus Feud. Sax. Germ.* oder Sächſiſches Lehen-Recht *C. VIII. IX. XVIII. XLV.* ubi: „Mit Urtheil vor ſinen Mannen *Cap. LI.* „vor ſynen Mannen *Cap. LIX.* vor des Herrn Mannen, *Cap. LXIX.* „der Herre mag wol ſinen Mannen gebiten, daz ſie zu ſine Lehnrechte kommen *ed. Senckenb. p.* 180. *ſeqq. Jus Feud. Saxon. Latin. C. XVII.* §. 3. „*Invenire ſententiam ab hominibus ſuis.* „ *C. XIV.* §. 22. „*Quod coram ſuis hominibus juſte adjudicaverit impetitionem Vaſallo.* „ §. 23. „*Dominus autem tenetur coram ſuis hominibus terminum aſſignare per ſententiam.* C. *XXVII.* „ *Moneat eum coram Vaſallis ſuis per ſententiam,* §. 2. „*Conqueratur coram Vaſallis ejusdem, C. XXXII. toto &* §. *XII.* „*Si ſententiam Vaſalli invenire neſciant,*„ §. 21. „ *Niſi prius ſibi dominus juſtitiam deneget coram ſuis Vaſallis.* „ *C. XXXIII.* §. 22. „*Niſi prius juſtitiam ſibi negaverit coram ſuis Vaſallis.* „ In

SEN-

SENCKENBERGIANO *Corpore Juris Feud. Germ. N. VI. pag.* 218. *seqq. Jus Feud. Bavar. C.* 199. „Und soll „der Herr sy Betagen für sein Man *C.* 209. „Spricht „einer den andern an umb Lehen das sy bed von einem „Herren Jehen, die soll man betagen für ihren Herren „und sol Im der Tag geben werden für sein Mann. *l. c. N. VII. p.* 260. *seqq.* Richt-Stich Leen-Recht *C. I.* „Hefft he auer rechtes geweigert synen Manne, so mach „he auer deer Man nicht Richter sin, *C. IV.* „Neman „mot ock hier Ordel vinden he sy des Herrn Man. „ „*C. VIII. IX. X.* „So schal de Vorspracke des Herren „Wort sprecken vor den Herren unde vor synen Mannen. „ Quibus adhuc annectendam existimamus Legem HENRICI VII. Imperat. de anno 1222. de Judiciis imperii & Provinciarum feudalibus ordinandis, von des Reichs und der Fürsten Lehen-Gerichten, apud DN. HENR. CHRIST. L. B. DE SENCKENBERG *in Corp. Jur. Feud. Germ. N. XIII. p.* 551. ex quibus cunctis Germanorum legibus moribusque beneficiariis abunde evidenterque constare arbitror, dominum directum omni ævo suam in causis clientelaribus Jurisdictionem adhibitis semper Scabinis Vasallis seu Curiæ Paribus exercuisse. Illustr. quondam & B. IO. PET. DE LVDEWIG *in diss. de primo foro subfeudorum Imp. C. V. §. IV. nota II. Opusc. misc. L. II. p.* 684. *Cel.* DN. IO. GE. CRAMER *in comm. de juribus & prærogat. Nobilit. avitæ Tomo I. C. V. §. VI. nota a) p.* 431. *nota c. p.* 435. IO. SCHILTER *in Comm. ad Jus Feud. Alemann. C. IX. §. I. C. XXIX.* IVST. GE. SCHOTTELIVS *de singul. & antiqu. Germ. jurib. C. IV. §. VI. pag.* 113. DN. AVG. GOTTL. IENICHEN *in diss. epist. de Usu hodierno Parium Curiæ in feudis Germ. Pro-*

vincialibus, §. *III. p.* 7. *Ill.* IO. IAC. MASCOV *diss. de Paribus Curiæ*, §. *XIX.* B. IO. AD. KOPP *in Tr. de insigni differentia S. R. I. Comit. & Nobil. Immed. p.* 546-550.

§. XIV.

Suffragantur quoque Leges Longobardorum feudales.

Prorsus consonas deprehendimus Leges ac consuetudines Longobardorum beneficiarias, absque ullo caussarum litiumque discrimine Parium Curiæ necessitatem stabilientes *I. Feud. X. pr.* „*Si contentio* „*fuerit inter dominum & fidelem per Pares Curiæ dirimatur*„ *I. Feud. XXI.* „*Nisi per laudamentum Parium suorum*„ *I. Feud. XXII.* §. 2. „*Sancimus ut nemo miles adimatur de possessione sui* „*beneficii, nisi convicta culpa, quæ sit laudanda per judicium* „*Parium suorum*„ *II. Feud. XVI.* „*Si inter dominum & Va-* „*sallum de feudo orta fuerit contentio, per Pares illius domus*, „*sicut Lex Corradi dicit dirimatur, si tamen Pares habeat*„ *II. Feud. XX.* „*Ex eo quod scriptum est, si inter Dominum &* „*Vasallum de feudo nascatur quæstio, quod per Pares ejusdem* „*curiæ dirimenda sit. II. Feud. XXXIV.* „*De Lege Corradi:* „*Lex Corradi de beneficio, quæ dicit: Si inter Capitaneos con-* „*troversia sit, coram rege finiatur, si inter Valvasores, coram* „*Paribus Curiæ - - Ceteræ vero caussæ apud Pares Curiæ. II. Feud. XLXI.* „*Ut coram Paribus finiatur curtis - - -* „*generaliter tamen etiamsi inter duos causa fuerit de beneficio* „*eos curia vocante, non licebit eorum alicui ejus Curiæ judicium* „*declinare*„ *II. Feud. LV.* „*Præterea si inter duos Vasallos* „*de feudo sit controversia, domini sit cognitio & per eum con-* „*troversia terminetur. Si vero inter dominum & Vasallum* „*lis oriatur, per Pares curiæ a domino sub fidelitatis debito con-* „*juratos terminetur.*„ *Constitutio* CONRADI *de beneficiis* a IAC. CVIACIO *V. Feud. I.* inserta, & apud *Perill.*

DN.

HENR. CHRIST. L. B. DE SENCKENBERG *in Corp. Jur. Feud. Germ. N. IX. pag.* 432. decerpta *ex Leg. Longobard. L. III. Tit. VIII. C. IV. in* B. PETR. GEORGISCH *Corp. Jur. Germ. antiqui p.* 1275. *seqq.* Quamvis vero Longobardorum leges hactenus recensitæ caussas litesque solummodo illas, quæ inter Vasallum dominumque agitantur, Parium domus curtisque sententia dirimendas esse pronunciare videantur; istud tamen discrimen dubium justæ interpretationis regulæ evanescere, & in fumum abire jubent. In nulla enim caussa sive inter vasallos ipsos sive inter fidelem & seniorem versaretur unquam dominus solus judicabat; verum omni commentitia distinctione posthabita adhibitis Paribus Curiæ ceu scabinis & causæ cognitionem & litis decisionem peragebat: *Ill.* DN. GOTTL. AVG. IENICHEN *in diss. Epist. de usu hodierno Parium Curiæ in feudis Germaniæ provincialibus, §. II. p.* 5. Quemadmodum enim supra jam evicimus omne judicium irritum vanumque habuisse Germanos, quod scabinis caruisset: ita feudalem quoque sententiam a solo domino absque Parium consilio suffragioque in quacunque caussa latam, nullam fuisse atque invalidam tam certum est quam quod certissimum. FRID. ES. DE PVFENDORF *in L. de Jurisd. Germ. P. I. C. III. & P. III. Sect. III. C. I.* §. 8. *p.* 730.

§. XV.

Pares Curiæ judicabant in omnibus & singulis causis clientelaribus absque ullo discrimine.

Commentitium igitur effictumque ab interpretibus discrimen inter causas domini commoda tangentes, & eas quæ dominum non concernunt prorsus contrarium est legibus moribusque feudalibus tam Ger-

Germanorum, quam Longobardorum, absque ulla caussarum distinctione Pares Curiæ efflagitantibus. GOTTL. AVG. IENICHEN *in diss. de usu hod. Par. Cur.* §. *II. p.* 6. Quicquid igitur ogganiat antiquior juris beneficiarii interpretum turba, LVD. SCHRADER *in tract. feudali P. X. Sect. I. N.* I. HENR. A ROSENTHAL *in vastissima Synopsi Jur. feud. c. XII. Concl. I. N. VIII. Concl. III. N. I.* WILH. LVDWELL *c. XIX.* §. *II. p.* 395. *in Synops. Jur. Feud.* ERN. THEOPH. MAIER CRVSIANVS *in Synt. Jur. Feud. C. XXXIII.* §. *II. pag.* 912. SAM. SRYCK *in Exam. Jur. Feud. C. XXV. Qu.* 6. *p.* 264. *ed. in* 8. *noviss.* GE. AD. STRVV *in Syntagm. Jur. Feud. Cap. XVI.* §. *VI. p.* 593. *ed.* DN. HENR. CHRIST. DE SENCKENBERG; error sane ineptissimus est, judicium Parium Curiæ iis saltim in litibus locum habere, quæ inter dominum vasallumque agitantur, dominique commoda vel proxime vel remotius tangunt. Dominus enim nunquam solus judicat, sed semper Paribus curiæ tanquam Scabinis stipatus cinctusque sententiam concipit atque pronunciat. *Cel.* DN. IO. GE. CRAMER *in Comment. de jurib. & prærogat. nobilit. avitæ C. V.* §. *VI. N. C. p.* 434. FRID. ES. PVFENDORF *L. de Jurisd. Germ. P. III. S. III. C. I.* §. *VIII. pag.* 730. Refragantur huic errori luculentissimi ipsius Juris Longobardici textus, e quibus tamen istud caussarum discrimen exsculpere solent: *I. Feud. XVIII. pr.* „*Si vero fuerit contentio inter minores Valvasores & majores de beneficio, in judicio Parium definiatur*„ *II. Feud. XXXIV. pr.* „*Si controversia sit inter Valvasores coram Paribus Curiæ finiatur. II. Feud. XLVI.* „*Coram Paribus Curtis finiatur; & licet alter per se non possit trahere alterum ad judicium curiæ; generaliter tamen,*

„men, etiamsi inter duos causa fuerit de beneficio, eos curia „vocante, non licebit eorum alicui ejus curiæ judicium declinare. Vltro quidem largimur, solum dominum judicasse. I. Si Paribus Curiæ careret & destitueretur. II. Si partes litigantes in ejus jurisdictionem sponte consensissent. *II. Feud. XVI. „Si tamen Pares habeat„ I. Feud. XXIII. „Et si Pares non fuerint, veritas inveniatur „per dominum.„* Ita conciliandi sunt cum nostra sententia textus repugnare visi GOTTL. AVG. IENICHEN *in diss. Epist. de usu hod. Par. Curiæ §. II. p. 6.* Denique non inficiamur, dominum in propriis litibus non judicasse ipsum, verum eo in casu sibi substituisse Vicarium judicem, qui judicio Parium præesset judicisque munere defungeretur einen Mann-Richter, Stabhalter, ne in propria judicaret causa. *Jus Feud. Alemann. cap. CXX.* §. 1. 2. apud HENR. CHRIST. L. B. DE SENCKENBERG *in Corp. Jur. Feud. p.* 104. „Als der „Herr mit ainem seinem Man-Lehensrecht tun wil, so „sol er ainen seiner Man an sein stat setzen den der Man „nicht arkwänig hab oder der Man wert sich sein wol ze „recht was an im arkwänig ist das sagt das Landrecht-„Buch hievor. Und hat er nicht seiner Mann ainen der „in baiden gevall so nemen sy mit gemainen rat ainen „bescheiden Man der paider richter sey nach recht. IO. SCHILTER *in Comm. ad Jus Feud. Alemann. Cap. CXX.* §. 1. *Cap. CXVI. §. III.* B. IO. AD. KOPP *in Tr. de insigni differentia inter comites & nobiles immediatos p.* 543. *Ill.* DN. IO. GE. ESTOR *diss. de Jurisd. Curiarum Germ. clientelarium C. V. §. XXVI. nota II. p.* 45. IO. GE. CRAMER *Comm. de jurib. & prærogat. Nobil. avitæ C. V. §. VI. nota C. pag.* 435. *Tomo I.* GOTTL. AVG. IENICHEN *diss. Epist.*

de

de usu hod. Parium curiæ in feudis Germ. provinc. §. *II. pag.* 6.

Simile Parium Curiæ judicium inter rusticos videri licet in causis colonariis.

I. Quemadmodum prædia rustica ad beneficiorum similitudinem concedi solent; ita similem quoque Jurisdictionis Colonariæ & clientelaris indolem, similiaque Parium judicia in causis ejuscemodi colonariis deprehendere licet. *Perill.* HENR. CHRIST. L. B. DE SENCKENBERG *in Prim. Lin. Jur. Feud. proleg.* §. 4. 7. *pag.* 31. FRID. ES. PVFENDORF *de Jurisd. Germ.* P. *III. Sect. III. C. II.* §. *VII. p.* 733. Si enim judicia Meyerdingica, Probstdingica, Hagerdingica, Hægerdingica, Freydingica aliaque clientelaria ac colonoria intuemur, in omnibus quondam hodieque dominum directum judicis munere & auctoritate defungentem, verum Paribus, ut ita dicam, curiæ, seu ejusdem curiæ curtisque colonis æqualibus stipatum conspicimus. Nec heic solus dominus judicare valebat, sed adhibere alios colonos ceu judicii rite formati scabinos tenebatur. *Ill.* DAV. GE. STRVBEN *Comm. de bonis Meierdingicis* §. *XXVIII. XXIX. p.* 268. *seqq.* IO. LAVR. FLEISCHER *Inst. Jur. Feud. C. III.* §. *XXXVIII. p.* 60. *Ill.* IO. RVD. ENGAV *Elem. Jur. Germ. Priv. Lib. IV. Tit. XIX.* §. *CLXXIII. p. m.* 697. FRID. ES. PVFENDORF *L. de Jurisd. Germ. P. III. Sect. III. c. II.* §. *VII.* §. *XIV. p.* 139. §. *XVIII.* IO. SCHILTER *diss. de Curiis Germaniæ dominicalibus* von den Dinghöffen §. *XXV. sqq.* IO. WILH. DE GOEBEL *D. de jure & judicio rusticorum fori Germ. c. VIII.* Mirifica hujuscemodi judicii colonarii, inprimis Meyerdingici & Feudalis est similitudo. Etenim in illo æque ac in hoc dominus directus vel ejus Vicarius judicis munere defungitur; in illo non secus ac in hoc adsidere consueverunt Curiæ Pares, Convasalli, clientes atque coloni.

II. Arrisit Judicium Pariæ exteris quoque, verum Teutonicæ originis, gentibus, morum & consuetudinum Germaniæ clientelarium consortibus. De florentissimo Galliæ regno vetustum huncce judiciorum feudalium morem testantur CAROL. DV FRESNE DV CANGE *in Gloss. med. & infim. latinit. voce Par. Tomo V. p.* 132. *seqq.* ANT. DADIN. ALTESERRA *C. de ducibus atque comi-*

comitibus Galliæ L. III. C. IX. pag. 359 - 369. L'auteur de l'Histoire de la Pairie de France pag. 2. seqq. Le Comte de BOULAINVILLIERS *dans l'histoire de l'ançien Gouvernement de Françe,* PHIL. BRVSSEL *Nouvel Examen de l'usage general des Fiefs en France pendant le XI - XIV. Siecle Tomo I. p. 339 - 340.* De Angliæ judiciis feudalibus Parium Curiæ evolvas velim THOM. CRAGIVM *in Tr. de Feudis Angliæ & Scotiæ L. III. Tit. VII. p. 690.* HENR. SPELLMANNVM *in Gloss. Archailogico p. 690. seqq.* de Norwegia paria refert IO. PET. ANCHERSEN *in Jure Publ. & Feud. veteris Norwegiæ p. 24.* Vt aliorum Populorum Germaniæ contiguorum mores & consuetudines curiarum clientelarium tacitus prætermittam. IO. GE. ESTOR *diss. de Jurisd. Cur. Germ. clientel. C. V. §. XXVI. nota I. p. 44.*

§. XVI.

Quamvis autem tam ex moribus quam legibus Germanorum non minus quam Longobardorum beneficiariis luculentissime hactenus nos demonstrasse confidamus, omnes lites clientelares coram judicio Parium Curiæ antiquitus fuisse terminandas & dirimendas: inficiari tamen non possumus, multis in Germaniæ Provinciis avitum huncce morem beneficiarium desuetudine obumbratum deletumque esse. Verum enim vero licet multis in Germaniæ regionibus exoleverit Parium Curiæ judicium: sunt tamen complures adhuc in Germania feudales curiæ, quæ in servando hocce more patrio retinendisque Curiæ Paribus tenaciores extiterunt. DN. GOTTL. AVG. IENICHEN *diss. epist. de usu hod. Judicii Parium Curiæ in feud. Germ. provinc. §. IV. seqq.* DN. CHR. GOTTL. BVDER *in Repert. Jur. Publ. & feudalis reali Pragmatico voce Pares Curiæ p. 929. 930. §. X. XI. Ill.* DN. IO. IAC. MASCOV *diss. de Paribus Curiæ*

Exolevit vero Parium Curiæ judicium in permultis Germaniæ Provinciis.

Complures tamen Provinciales Curiæ istud tenaciter retinuerunt.

§. XX. *Ill.* DN. IO. GE. ESTOR *in diss de Jurisd. Curiar. Germ. clientel. C. V.* *Cel.* DN. IO. GE. CRAMER *in Comm. cultissima de jurib. & prærogat. nobil. avitæ C. V. §. VI. p.* 441-445. IO. LAVR. FLEISCHER *in Instit. Jur. Feud. C. XXII. §. VII. p.* 831. BVRC. GOTTH. STRVV *Elem. Jur. Feud. ed.* IO. AVG. HELFELDIO *C. XXI. §. VII. p.* 622. *Ill.* DN. IO. RVDOLPH. ENGAV *Elem. Jur. Germ. Priv. L. IV. Tit. XVIII. §. CLXXI. p.* 695. *seqq.* Superstes igitur in compluribus viget Germaniæ regionibus judicii Parium Curiæ observantia. Verum in eo recentioris Sæculi usus ab antiquis discrepat moribus, ut illas demum lites & controversias dirimere soleant Curiæ Pares, quæ inter vasallum & dominum agitantur. Aliæ vero inter ipsos clientes versantes caussæ solius domini cognitioni reserventur, qui illas judiciis provinciæ ordinariis decidendas delegare consuevit. b. IO. PETR. DE LVDEWIG *diss. de primo foro subfeudorum imperii C. V. §. VI. Opusc. Miscell. Tom. I. L. II. p.* 684. *seqq.* b. IAC. FRID. LVDOVICI in der Einleitung zum Lehns-Proceß Cap. *I. §. XLII-XCVI.*

I. Abstinet hic calamus ab investigando Parium Curiæ hodierno usu intuitu feudorum imperii immediatorum. Id tamen intrepide adserimus, recursum ad Comitia indies magis invalescentem, egregium istud Germaniæ libertatis præsidium, in vetusto illo Principum judicio suos Natales, suumque procul dubio verissimum reperire fundamentum. *Ill.* DN. IO. GE. ESTOR *in Libello de judicio principum, fundamento & radice provocationis vulgo recursus ad Comitia* 4. 1741. *Perill. atque Excell.* DN. HENR. CHRIST. L. B. DE SENCKENBERG *disquisitio de judicio principum, Rec. ad Com. &c.*

§. XVII.

§. XVII.

Qui viridem superstitemque judicii Parium Curiæ observantiam compluribus Germaniæ Provinciis adseruimus ac vindicavimus, eam nunc de singulis specialius evincemus. Eminent primo feuda a principibus imperii ecclesiasticis concessa tam secularia quam ecclesiastica. In utrisque enim mitius leniusque esse solet feudale vinculum, liberiorque vasallorum conditio ceu Paroemiæ vetustissimæ innuunt, Unter dem Krumstab ist gut wohnen, & mit St. Peter ist gut handlen. b. IO. PAVL. KRESS *diss. de Paroem.* Unter dem Krumstab ist gut wohnen, WERNHERI TVMMERMVTHI *Tr.* Krumstab schleußt niemand aus *anno* 1718. præfixa, IO. NIC. HERTIVS *in Paroem. Juris Germ. L. II. Par. XX.* IO. GE. ESTOR *in Analect. Fuldens. Obs. I. §. X. nota a. p.* 36. b. IVST. HENN. BOEHMER *in Jure Eccles. Protest. L. III. Tit. XX.* §. 26. *seq.* 56. 69. *de feudis ecclesiasticis* von den Krumstabs-Lehen, CAR. HENR. MOELLER *in usu practico dist. feud. C. III. Dist. VII. p.* 60. Pronum igitur judicatu est vasallorum ecclesiis adscriptorum libertatem difficilius imminutam enervatamque, Parium Curiæ vero usum tenacius in feudis ecclesiæ ceu libertatis haud leve præsidium fuisse servatum. Ordiamur a Coloniensi curia ejusque Paribus, quos salvos hodie & superstites esse colligimus ex conventione inter Electorem MAXIMIL. HENRICVM, Capitulum Cathedrale, & ordinem equestrem Coloniensem percussa d. d. XVIII. Jun. 1659. apud IAC. FRID. LVDOVICI in der Einleitung zum Lehns-Proceß *I. Cap.* §. 88. *p.* 80. ubi ita cautum sancitumque: „derentwegen denn beliebt „und verglichen, daß all solche eingezogene und ander-

Superstes judicii Parium Curiæ usus in multis evincitur Provinciis.

„wertlich conferirte Lehen, von dieser transaction zwar „ausgeschlossen, jedoch aber den Prætendenten der Weg „Rechtens coram Paribus Curiæ unversperrt gelassen „seyn solle." WERNH. TVMMERMVTH *in Tr.* Krummstab schleußt niemand aus, *Fund. II. num.* 174. 175. *Fund. III. num.* 17. 18. 19. Autor Anonym. scripti Cölnischer Krummstab schleußt die Weiber aus, *p.* 4. Præsules quoque Moguntini tenentur lites suas cum vasallis habitas Parium Curiæ judicio dirimendas concedere. IO. PET. DE LVDEWIG *diss. de primo foro subfeudorum imperii, C. V. §. V. num.* 1. *opusc. p.* 687. IAC. FRID. LVDOVICI in der Einleitung zum Lehns-Proceß, Cap. *I.* §. 88. Ita anno demum 1308. d. XII. Decembr. sollemne judicium Parium in Curia Moguntina ad decidendas lites inter Electorem PETRVM, ac HENRICVM fratrem de Rindhausen versatas congregatum fuisse evincit charta apud *Perill.* atque *Excell.* DN. VALENT. FERDIN. DE GVDENVS *in Codice diplomatico, Tomo II. p.* 51. ex quo aliud quoque elegans judicii Parium Curiæ Moguntinæ exemplum *Tomo I. p.* 953. relatum excerpsit GOTTL. AVG. IENICHEN *in diss. Epist. cit.* §. *IV. p.* 12. Recens adhuc judicium Parium Curiæ in altercatione de Dynastia Cranichfeld cum Ruthenis comitibus ventilata efflagitatum fuisse discimus ex b. IVST. HENN. BOEHMERI *Consult. & decis. Jur. Publ. Feud. & Eccles. Tomo I. P. II. Resp. XCVIII. n.* 55-57. ubi asserit: „Wie wohl zu glauben, daß wie in den „meisten, also auch am Chur-Maintzischen Lehn-Hof, „das Judicium parium noch vorhanden und in usu seye." De curiæ Trevirensis observantia locupletissima exhibent exempla *Ill.* DN. D. IO. IAC. MOSER in dem Staats-Recht des Churfürstlichen Ertz-Stiffts Trier, *C. XII.*

§. 31.

§. 31. p. 220. GOTTL. AVG. IENICHEN *diss. de usu hodierno Par. cur.* §. *IV. p.* 13. *seq.* Curia Fuldensis longe amplissima nunquam deseruit morem huncce avitum. Loquuntur litteræ clientelares, loquuntur copiosa antiqua pariter ac recentiora exempla in viridi conservatum esse quovis tempore observantia judicium Parium Curiæ Fuldensis. IO. FRID. SCHANNAT *in Clientela Fuldensi, Prob. CCCXCII. p.* 319. *Prob. CLXXXIX. p.* 371. Vt alias clientelares ecclesiarum curias sicco transeamus pede. Nolumus enim expilare scrinia DN. GOTTL. AVG. IENICHENII *in diss. epist. de usu hod. Par. Curiæ in feud. provinc.* §. *IV. V. VI.* in corradendis testimoniis solertissimi, nec non IAC. FRID. LVDOVICI in der Einleitung zum Lehns-Proceß, Cap. *I.* §. 87. *seq. p.* 88. *seqq.*

§. XVIII.

Verum non minus in sæcularibus etiam Germaniæ Provinciis superstites adhuc cernimus salvosque & incolumes Pares Curiarum feudalium. Etenim viget illorum in litibus clientelaribus dominum concernentibus judicium viridi frequentique usu in Austriæ ditionibus, vid. *Extract.* aus dem die Ober- und Nieder-Oesterreichische Erb-Lande zugleich betreffenden Inspruͤcker Libell die Lehen-Gericht betreffend de A. 1518. in IO. CHRIST. LVNIG. *Corp. Jur. Feud. Germ. Tomo I. num. XXV. Membro IV.* von Oesterreich, *p.* 393. „Ferner „antreffend die Besetzung unserer Lehensgerichte, so mit „Paribus Curiæ beschehen, auch des Costens halben, so „darauf Noth ist, damit soll es gehalten werden wie „von Alters herkommen ist" Nachricht von den Paribus Curiæ in Nieder-Oesterreich, ap. IO. CHR. LVNIG *l. c. T. II.* Continuatio.

 Membro IV.

M. IV. nota 64. *p.* 447. „Inzwischen wenn in diesem Fall „der Lehn-Herr ein ordentliches Lehn-Gericht von *Pari-* „*bus Curiæ* bestellen will, ist es ihm frey gelassen„ *p.* 448. „doch soll er einen unpartheyischen Lehn-Richter und „sechs *Assessores* die gleiche Lehen haben, so wohl als einen „unpartheyischen Gerichts-Schreiber *deputi*ren ꝛc. ꝛc. Hassia non secus tuetur judicii Parium curiæ usum hodiernum, testantibus & Processum delineantibus IO. PET. DE LUDEWIG *in diss. de primo foro subfeudorum* „*imperii, Opusc. Misc. Tomo* I. *L.* I. *Op.* I. *C. VII. toto de Judicio Parium Hassiæ, p.* 703. *seqq. & in App. Monumentorum ad ist. diss. p.* 715. *seqq.* GOTTL. AUG. IENICHEN *diss. de usu bod. Par. curiæ &c.* §. *VII. p.* 28. *seqq. Ill.* DN. IO. GE. ESTOR *in Jur. Publ. Hass. hod. C. VIII.* §. *LXV. p.* 58. *Diss. de Jurisd. curiar. Germ. client. &c.* passim, IAC. FRID. LUDOVICI Einleitung zum Lehns-*Process, C. I.* §. 76. *p.* 68. *Acta Comitialia de curiæ feudalis Hassiacæ instantia prima adserenda, vid. in* ANT. FABRI Europ. Staats-Canzley, *P. X. C. IV. L. D. pag.* 201. 203. 224. 225. In ducatu Brunsvicensi & Lüneburgico omnes causæ clientelares subfeudorum Provincialium forum, primamque sortiuntur instantiam coram judicio Parium Curiæ; quamvis ultro largiri debeamus solos Provinciæ Proceres avitum huncce morem urgere, Principes vero lites feudales Cancellariæ dirimendas mandare. *Ill.* DN. DAV. GE. STRUBEN in dem gründlichen Unterricht von den Regierungs- und Justitz-Sachen, *Sect. III.* §. *XIX. nota C. pag.* 131. *Perill. & Exc.* D. HENR. CHRIST. L. B. DE SENCKENBERG *disquis. de Feudis Brunsv. & Lüneb. C. VI.* §. *LVIII. sq. p.* 61. *seq.* Denique in Megapolitano ducatu, in quo liberior

liberior adhuc Vasallorum servatur conditio, Serenissimi Principes Reversalium sese vinculo obstrinxerunt, se in omnibus suis litibus cum Vasallis agitatis forum sortituros coram judicio Parium Curiae. *Reversales d. a.* 1512. §. 3. „Wollte auch jemand uns selbst „besprechen; so wollen wir vermöge des H. R. R. Aus- „träge, oder vermittelst Niedersetzung der *Parium Curiae* „einem jeden unweigerlichen Rechts pflegen. *Ill.* DN. HENR. CAR. MOELLER *in Primis Lineis Usus pract. dist. feud. C. XV. dist. I. p.* 540. *seq.* Vt brevitatis ergo plurimas alias regiones Germaniae transeamus, in quibus viridi hodienum usu vigent Parium Curiae judicia, ceu ex ipsis rerum argumentis luculenter & operose demonstrarunt IAC. FRID. LVDOVICI in der Einl. zum Lehens-*Process.C.I.* & GOTTL. AVG. IENICHEN *in diss. ep. de usu hod. Par. curiae in feud. prov.* §. 6. 7.

§. XIX.

Inprimis superstes est in ducatu Würtembergico.

Inprimis vero hodienum viridi usu viget judicium Parium Curiae in florentissimo Würtembergiae ducatu, ad quem se noster nunc flectit calamus. Etenim servavit praedicanda Würtembergiae principum indulgentia Ordini Equestri suisque clientibus avitum hocce libertatis praesidium, ut lites inter ipsos ceu dominos Vasallumque quendam agitatas non coram suis justitiae tribunalibus, verum coram judicio Parium curiae ventilari dirimique jubeant atque permittant. Qua de re cum fusius paulo differendi animus sit, primo usum judicii Parium Curiae modernum in ducatu Würtembergensi, conducta satis longa testimoniorum serie firmabimus; deinde ipsum judicium Parium Curiae

Curiæ Würtembergicum; postremo autem processum hujus curiæ delineabimus.

§. XX.

Evincitur ac roboratur Parium Curiæ usus in ducatu Würtemb. per testimonia.

Vt ergo usum judicii Parium Curiæ hodiernum intuitu feudorum Würtembergiæ provincialium copioso testimoniorum numero juxta ordinis nostri rationem primo stabiliamus; agedum prodeant testes rerum Germaniæ clientelarium peritissimi, qui de moderna Parium curiæ observantia in hoc ducatu consonis prorsus suffragiis deponunt. Cohortem ducat *Ill.* DN. IO. RVD. ENGAV *in El. Jur. Germ. Priv. L. IV. Tit. XVIII. de Judicio feudali* §. *CLXXI p.* 697. Sequantur IO. LAVR. FLEISCHER *in Inst. Jur. Feud. CXXII.* §. 7. *p.* 831. BVRC. GOTTH. STRVV *in Elem. Jur. Feud. ed.* IO. AVG. HELFELD. *C. XXI.* § *VII. p.* 622. *Ill.* CHR. GOTTL. BVDER *in Repert. Jur. Publ. & Feud. reali pragmatico voce Pares Curiæ, pag.* 929. 930. §. *X. XI. pag.* 932. *Ill.* DN. IO. IAC. MASCOV. *in diss. de Paribus curiæ* §. *XIII. XXI.* DN. GOTTL. AVG. IENICHEN *in diss. Ep. de usu hod. Parium Curiæ in feud. Germ. Prov.* §. *VII. pag.* 39. B. IO. PET. A LVDEWIG *in diss. de primo foro subfeudorum imperii, C. V.* §. *V. Opusc. T. I. L. II. Op. I. p.* 686. Cel. DN. IO. GE. CRAMER *in Comment. de jurib. & prærogat. Nobil. avitæ T. I. C. V.* §. *VI. p.* 444. *Ill.* D. DAV. GE. STRVBEN in dem gründlichen Unterricht von Reg. und Justiz-Sachen, *Sect. III.* § *XIX. p.* 151. IAC. FRID. LVDOVICI in der Einl. zum Lehns-Proceß, *C. I.* §. *LXXX. seq. p.* 72. CHRIST. BESOLDVS *in Thes. pract. voce* Lehn-Mann, *in fine*, IO. STEPH. BVRGEMEISTER *in Thes. Jur. Equestr. Publ. & Priv. C. XXV. XII.* Satz, *p.* 422. *C. XXVI. pag.* 430. Plures sileo prætereoque.

§. XXI.

§. XXI.

Quamvis autem omnes, quos longa ſerie recenſuimus, teſtes rerum feudalium callidiſſimi, hodiernam Judicii Parium Curiæ in Würtembergico Ducatu obſervantiam, concordibus adſeverent ſuffragiis: varie tamen ILLI, B. IO. STEPH. BVRGERMEISTERI erroribus decepti, ſive fundamentum, ſive jurisdictionem clientelarem, ſive proceſſum hujus judicii intueamur, ſive aſſeſſorum numerum, qualitatem & optionem contemplemur, hallucinati fuerunt. Operæ igitur pretium nos facturos confidimus, ſi Actorum Curiæ Würtembergenſis feudalium ope & lumine adjuti, lectorem iſtis impoſturis liberemus & genuinam hujus judicii Würtembergenſis beneficiarii indolem repræſentemus.

Operæ pretium fore luculentius eam rem exponere.

§. XXII.

Vt igitur a veris ordiamur principiis, ac genuina noſtræ tractationi ulteriori ſubſternamus fundamenta, id moliemur & agemus ante omnia, ut diſtinctius Jurisdictionis Würtembergenſis Curiæ Clientelaris vera repræſentetur indoles. Quando quidem vero, ob arctiſſimum clientelare vinculum, antiquitus & a remotiſſimis inde temporum intervallis, Dominus directus legitima pollebat auctoritate, lites beneficiarias, inter vaſallos ipſos, aliosque agitatas, dirimendi; FRID. ESAI. PVFENDORF, *in L. de Jurisdict. Germ. P. III. Sect. III. C. I. §. III. ſq. p. 728. ſq.* & IO. GE. ESTOR *in Diſſ. de jurisdict. Cur. Germ. clientelarium, C. VIII. §. XXIII.* mirum ſane non eſt, a primis Curiæ clientelaris Würtembergicæ initiis, Potentiſſimos Comites Ducesque Würtembergicos

Jurisdictio Judicii Parium Curiæ Würtembergenſis definitur.

gicos in cunctis feudalibus controversiis judiciariam potestatem exercuisse. Hoc tamen, omni ævo, in hoc DVCATV per modum insignis a regula & COMMVNI jure *exceptionis*, servato discrimine, ut quæcunque inter solos Vasallos agitabantur, lites feudales, in Cancellaria & Regimine, quæ vero Dominum & Vasallos adtinebant, non nisi in Parium Curia deciderentur. Sed manserunt nihilominus in ejusmodi Germaniæ regionibus, ubi etiam nulli amplius pares supersunt, vetusti ritus sat luculentæ & evidentes reliquiæ. Etenim in omnibus provinciarum Dicasteriis, collegiisque justitiæ & regiminis, scamnum hodienum occupant tenentque ordinis equestris adsessores, & provinciarum Proceres, priscum judiciorum morem & Pares Curiæ adumbrantes. *Perillustris* DN. CHRIST. HENR. DE SENCKENBERG, *in Primis lineis Juris feud. Germanici, P. II. C. XVII.* §. 434. *p.* 530. IO. PET. DE LVDEWIG, *in Diss. de primo foro subfeudorum Imperii, C. V.* §. *V. fin. p.* 689. *Ill.* D. DAV. GE. STRVBEN, *in Obs. V. Jur. & Hist. German. de Statibus Provincialibus, Superiorum Dicasteriorum Assessoribus,* §. *V. p.* 225. *Adp. Tract. de Jur. Villicorum*, & in dem Unterricht von Regierungs- und Justitz-Sachen, *Sect. I.* §. *II. p.* 6. *nota b. p.* 9. §. *III. p.* 15. *sect. III.* §. *XIX. nota c. p.* 151. *sq.* Ex quo autem ubique fere lites feudales migrarunt in Cancellarias: non potuit non invalescere controversiarum discrimen antea inauditum, inter illas, quæ inter dominum Directum & Vasallorum quendam ventilantur, & inter eas, quæ dominum plane non concernunt. Quæ Domini commoda, sive propius, sive paulo remotius tangunt, illas Dominus ipse solus judicare non poterat. Judicaret enim in propria causa. Sed hæ con-

controverſiæ, quæ inter ipſum Dominum vaſallumque agitantur, Judicio Parium Curiæ hodienum reſervatæ ſunt. Contra vero, quæ domini commoda plane non reſpiciunt lites feudales, a ſolo domino ejusque tribunalibus ſopiri ſolent & judicari. IO. LAVR. FLEISCHER, *Inſtit. Jur. feud. C. XXII. §. VIII. p.* 832. Quod diſcrimen feudalium litium etiam in Würtembergenſi Ducatu jam olim inolevit, hodieque obſervatur. Controverſiæ enim vaſallorum inter ſe agitatæ Illuſtri Regiminis Conſilio, dem Hochfürſtl. Regierungs-Rath, delegatæ ſunt. Quod ſi vero lites emergant inter ipſum Sereniſſimum Principem vaſallosque, juxta *antiquum* & vetuſtum morem, Judicium Parium Curiæ convocari ab antiquiſſimis inde temporibus ad hunc usque diem conſuevit. Licuit nobis Actorum Curiæ Würtembergenſis publicorum monumenta inſpicere, e quibus Judicii Parium Curiæ Würtembergenſis, in cauſis domini commoda reſpicientibus, obſervantiam concatenatam, ſerie non interrupta a decimo tertio inde ſæculo, ad noſtram usque, quam vivimus, ætatem, deducere pronum foret, niſi feſtinandi neceſſitas, chartarumque anguſtiæ, id prohiberent. Vetuſtatem antiquitatemve hujus conſuetudinis clientelaris Curiæ Würtembergenſis ſat luculenter evincit formula Sacramenti dudum recepta, quo Vaſalli ſuam ſpondent adſtringuntque fidelitatem; ibi enim inter alia etiam obligantur:
„Urthel zu ſprechen mit ihrer Fürſtlich Gnaden Man„nen, ſo ihr darzu ermahnet und erfordert werdet. *Ap.* IO. CHRIST. LÜNIG, *in Corp. Jur. Feudal. Germ. Tomo II. M. IX. nota XVI. p.* 1668. IO. STEPH. BURGERMEISTER. *in Theſ. Jur. Equeſtr. XII.* Satz, *C. XXVI. p.* 422.

CHRIST. BESOLDVM, *in Thes. Pract. voce* Lehns-Pflicht, *p.* 573. GOTTL. AVG. IENICHEN, *in diss. Epistolari, de usu hodierno Parium Curiæ*, §. *VII. p.* 39.

§. XXIII.

Judicium Parium Curiæ in Ducatu Würtemb. locum habet.

Locum ergo Judicium Parium Curiæ Würtembergensis saltem habet, I. in causis litibusque feudalibus, II. iisdemque inter Dominum directum vasallosque ventilandis, vel illius saltem jura propius concernentibus. Vt ergo Jurisdictionis Curiæ Würtembergensis ambitus adpareat: ante omnia determinemus necesse est causarum feudalium notionem. Olim quidem earum conceptus, adeoque etiam jurisdictionis clientelaris ambitus multo latius quam hodie, patebat: cum enim Vasalli quondam arctiori subjectionis nexu Domino devincirentur; facile patet Dominum omnium causarum sive beneficium sive vasalli personam tangentium fuisse legitimum judicem. Nondum innotuerat distinctio inter causas feudales & non feudales. Omnis causa Vasalli eatenus erat feudalis, quatenus ejus cognitio decisioque ad dominum spectabat. Ad subjectum igitur non objectum feudale respiciebatur. IO. GE. ESTOR, *in Diss. de Jurisdict. Curiarum Germ. Clientel. C. V.* §. *XXIII. p.* 40. 41. *C. VI.* §. *XXIX. pag.* 50. Multo angustior autem evasit causarum Clientelarium hodierna notio, quarum quippe illæ demum insigniri solent nomine lites & controversiæ, quæ ex clientelari nexu oriundæ inter personas nexu beneficiario obstrictas ventilantur, & juxta provinciæ cujusvis morem coram domini Curia peragi & sopiri debent. Egregium, evidens, & adæquatum causæ feudalis criterium

I. In caussis clientelaribus.

Definiuntur istæ.

rium ſuppeditat *Ill.* DN. IO. GE. ESTOR, *c. Diſſ. C. VI.* § *XXX. nota I. p.* 51. §. *XXXII. ſq. p.* 53. quod opem ceu lapis Lydius in dijudicandis cauſis vere feudalibus præſtantiſſimam præbebit. Quæcunque, inquit, cauſa ex feudi Eſſentialibus, Naturalibus, Accidentalibus promanat, ea omnino pro feudali erit reputanda. Fallere neſciam perſpicies eſſe iſtam regulam, ſi accuratius eam ponderes ac contempleris. Solæ hæ cauſæ feudales ad Curiam Würtembergiæ feudalem, ejusque Jurisdictionem pertinere exiſtimantur; reliquæ aliæque lites ordinario relinquuntur judici, juxta communem prorſus Germaniæ Curiarum obſervantiam. IO. LAVR. FLEISCHER, *in Inſtit. Jur. feudalis, C. XXII.* § 2. 3. *p.* 822. *ſqq. Ill.* CAR. HENR. MOELLER, *in uſus pract. Diſt. feudal. Prim. Lineis, C. XXV. Diſt. I. p.* 533. *ſq. Perill.* D. CHR. HENR. L. B. DE SENCKENBERG, *in Prim. Lin. Jur. feud. P. II. C. XVII.* §. 436. 437. *pag.* 532. *ſq.* Non ſufficit vero cauſam eſſe vere clientelarem ad fundandam jurisdictionem Judicii Parium Curiæ Würtembergenſis; verum ita quoque eam comparatam eſſe oportet, ut Sereniſſimus Dux ceu Dominus directus in ea ventilanda, vel rei, vel actoris partes ſuſtineat; ſi ſecus ſeſe habeat controverſia feudalis, ejus ſopiendæ auctoritas ad ſupremum juſtitiæ Tribunal, ſeu illuſtre Regiminis Conſilium pertinet, licet commoda domini directi vel propius, vel remotius attingat. Ita obſervantiam Curiæ feudalis Würtembergicæ declarant Sereniſſimi quondam Ducis CHRISTOPHORI Conſiliarii, in ihrem unterthänigſten Anbringen, d. d. Invocavit 1553. quod nobis ad manus eſt: „Aber in dem andern Fall, wo der Lehn„herr

II. In cauſſis litibusque, in quibus Sereniſſimus vel Actoris, vel rei vices ſuſtinet.

„herr den Vasallen, oder der Lehnmann den Herrn „wolte um das Lehn rechtlich fürnehmen, vnd beklagen; „Ibi Dominus feudi est pars altera contendentium in „jure; tum Pares Curiæ habent jurisdictionem &c. Id quod omnes evincunt citationum aliorumque documentorum formulæ: „und so wir dann vor unns „selbs, auch etliche Sachen Lehngüter antreffend, zu recht„fertigen haben. ꝛc. „wir dann auch ihme zu recht zu ste„hen gemeint. Solæ ergo lites clientelares inter dominum vasallumque agitatæ judicium Parium Curiæ in Ducatu Würtembergico fundant & efflagitant.

§. XXIV.

Subjectum Jurisdictionis Curiæ clientelaris Würtembergicæ determinatur.

Definitis causis clientelaribus, objectoque determinato; subjectum quoque hujus judicii considerandum venit. Rem paucis expediemus. Coram Paribus Curiæ Würtembergensis forum in causis feudalibus sortiuntur omnes, quicunque clientelari nexu Ducatui adstricti existunt. Tam late enim curiarum jurisdictio patet, ut illius forum nemo declinare valeat, quocunque exemtionis prætextu utatur. HENR. CHR. L. B. DE SENCKENBERG, *in Primis Lin. Jur. feudal. P. II. C. XVII.* §. 435. *p.* 531. HENR. ROSENTHAL, *in Synopsi feudali, C. XII. Concl.* 1. IO. IAC. MASCOV, *Diss. de Paribus Curiæ, §. XVI.* Etiam extra curtem feuda tenentes heic litigare compelluntur. *Ill.* DN. IO. GE. ESTOR, *Diss. de Jurisdict. Curiar. Germ. Clientel. C. VII. p.* 70. *sq.* BVRC. GOTTL. STRVV, *in diss. de Dominio directo in alieno territorio, §. XII. p.* 20. 23. *Ill.* D. GE. LVD. BOEHMER, *C. de Judice feudorum extra Curtem,* 4. 1746. CAR. HENR. MOELLER. *Prim. Lin. us. pract. dist. feudal. C. III.*

C. III. dist. XIII. Tantum quoque abest, ut Nobilitas immediata, ac ordo Equestris proxime Imperio parens, hocce Parium Curiæ Judicium abhorrere valeat, ut istud potius, ceu ingens libertatis præsidium, prædicandumque indulgentiæ Principis monumentum venerari teneatur. IO. STEPH. BVRGERMEISTER, *Thes. Jur. Equestr. XII.* Satz, *C. XXVI. p.* 427. IO. GE. ESTOR, *c. diss. de Jurisd. Client. C. VII.* §. 37. *sq.*

§. XXV.

Personæ Judicium Parium constituentes.

Nunc vero ad depingendum Parium Curiæ Würtembergensis Judicium properamus, Judicem, Scabinos, cæterasque, quæ istud constituunt personas contemplaturi. Ordiamur a Judice & ejus constitutione. Vicaria saltim auctoritate is quidem splendet. Ordinatur enim a Domino directo judicioque Parium præficitur, ne ille in causa propria judicet. In sermone vernaculo audit Mannen-Lehn-Richter, Stabhalter. Vicarium ejusmodi judicem Præsidemque judicii feudalis Parium jamjam efflagitant vetusti Germanorum mores. *Jus Feud. Alemannicum, C. CXX.* §. 1. 2. *ap.* DN. HENR. CHR. L. B. DE SENCKENBERG, *Corp. Jur. Feud. Germ. p.* 104. „als der Herr mit ainem seinem Man „Lehens-Recht thun wil, so soll er ainen seiner Mann „an seine Statt sezen, den der Man nicht arkwänig hab. „§. 2. und hat er nicht seiner Man ainen, der in baiden „gevall, so nemen sie mit gemainen Rat ainen beschai„den Man, der paider Richter sy nach Recht. IO. SCHILTER. *in Comm. ad Jus feud. Alem. ad C. CXVI. & CXX.* §. 1. IAC. FRID. LVDOVICI, in der Einleitung zum Lehns-*Proceß*, *C. I.* §. *XXV. XXVI. p.* 21 *sq.* HENRICVS

A ROSENTHAL, *in Synopsi Jur. feudal. C. XII. Concl. II. n.* 43. IUST. GE. SCHOTTELIUS, *de Ant. in Germ. Jurib. C. IV.* vom Mannrecht, §. *VI.* IO. GE. CRAMER, *in Comm. de Jur. & Prærog. Nobilit. avitæ, Tomo I. C. V.* §. *VI. p.* 435. *nota. C.* IO. FRID. SCHANNAT, *in Clientela Fuldensi, C. III.* §. 3. Hunc vero ſecundum antiquam Curiæ Würtembergenſis obſervantiam ſolus eligit, conſtituit, & ſuo nomine Judicio Parium Curiæ præficit Dominus directus, ac Sereniſſimus Princeps. Si omnia vetuſtiſſimorum Curiæ actorum monumenta inſpicias, ſemper Judicem feudalem a ſolo ordinatum fuiſſe Domino, obſervabis. Qui ideo dici conſuevit, Gnädigſt geſezter, verordneter, beſtellter Lehen- und Mann-Richter; ceu patet ex infra ſubjunctis documentis. Perinde vero eſt, utrum Judex hicce feudalis ex vaſallorum ordine cooptetur, an vero alius forſan Conſiliarius Principis ſuſpicione vacuus ordinetur. Conſtitutio contingit per reſcriptum, cujus ſolitam infra ſubnectimus formulam, quæ in paſſibus huc ſpectantibus ita ſonat: „darbey aber Euch zu einem Lehn- „Richter bey ſolchem Lehngericht gnädigſt ernent und „verordnet haben. ꝛc. Ad legitimandam vero ejus auctoritatem peculiare inſuper ei expeditur mandatum, cujus exemplum pariter infra adparet, ex quo ſimul ejus munus & officium colliges, nimirum, „ein Rich- „ter zu ſeyn, das Gericht und Lehn-Recht zu beſezen ꝛc. „Beſcheid und Urthel zu erfragen, auch mit zu ſchlieſſen „und zu erkennen ꝛc. Quicquid adeo ad moderandum dirigendumque Parium Curiæ Judicium, inveniendamque & concinnandam ſententiam, ac Præſidis Collegii munus pertinet, iſtud ad hujus quoque Judicis

cis officium ſpectare arbitror. Hodie utplurimum ſplendida Judicis feudalis dignitate ornari ſolet Illuſtris Regiminis Conſilii Præſes, rerumque feudalium Præpoſitus, der Lehens-Probſt.

§. XXVI.

A Judice progredimur ad Scabinos Judicii, quos ex convaſallorum ejusdem Curiæ ordine, ſeu Paribus cooptari antiquiſſimi moris eſſe, ſupra demonſtravimus. Verum ea in re longe diſcrepat Curiæ Würtembergenſis uſus, ſingulari innixus privilegio ab Imperatore FRIDERICO III. Sereniſſimæ Genti Würtembergicæ indulto. d. d. Inſprugg den 20. May 1489. in quo quippe potentiſſimis Würtembergiæ Dominis ad promovendam juſtitiæ adminiſtrationem copia fit, atque licentia conceditur, Judiciis Clientelaribus, præter Vaſallos, alios quoque inprimis feudalium legum & morum peritos Viros adjungendi: „und ander verſtän„dig Perſonen, ſo nit Man ſeint, zu recht niderzuſezen. Fruſtraneo quidem & inani, atque temerario auſu Privilegii hujus exiſtentiam & authentiam in dubium vocare quondam non erubuit. B. IO. STEPH. BVRGERMEISTER, *in Theſauro Juris Equeſtris XII.* Saz, *C. XXVI. p.* 430. Verum tantum abeſt, ut fides ejus ſubleſta haberi, vel ulla ſuppoſitionis ſuſpicione ſugillari poſſit, ut potius iſtud ex copia vidimata, genuina originalis in Tabulario cuſtoditi filia, mihi deſcribere licuerit. Nulla ſane idonea ſuſpicionis ratio reddi poteſt, ſive criteria diplomatis externa, ſive interna contempleris. Iſtud quoque ſuis Würtembergiæ Privilegiis inſerendum duxit B. HENR. MARTIN. BVRCKHARDVS, *in Tabulario ducali quondam verſatiſſimus;* in dem

Pares Curiæ ceu Scabini.

Verum ſecundum ſingulare Privilegium Judicium Parium Curiæ Würtembergenſe eſt mixtum e Vaſallis & Jurisperitis.

Würtembergischen Kleeblatt dreyer *Privilegiorum, Exemtionis Fori, Austregarum, & de non adpellando* in denen Beylagen, *N. XXV. p.* 193. Mixtum igitur ex Paribus & aliis Scabinis, iuriumque peritis, esse solet Judicium feudale Wurtembergicum.

§. XXVII.

Ab arbitrio Serenissimi Domini directi pendet, utrum merum, an mixtum esse velit Parium Curiæ Judicium.

Ab arbitrio proinde Serenissimi Principis pendet, utrum merum, an vero mixtum esse velit judicium feudale. Ita in celebri causa Comitum de Fugger, quondam zu Gruppenbach und Stettenfels, soli judicio feudali adsidebant Pares Curiæ; verum *protocollo* teste, sub expressa connivebat reservatione princeps indulgentissimus, ne id exemplum derogaret Serenissimæ gentis privilegio, usuique Curiæ feudalis hactenus vigenti. Quum contra in noviori adhuc causa successionis feudalis in Aldingen, contra von Kaltenthal absque omni contradictione, convasallis, alii quoque consiliarii Regiminis iuncti fuerint. Pares vero æque ac reliquos adsessores solus secundum antiquum morem curiæ eligit cooptatque dominus ac Princeps Serenissimus. IO. IAC. MASCOV, *Diss. de Paribus Curiæ,* §. *XIII.* Vasalli seu curiæ Pares hancce debent servitiorum speciem. Præter militaria enim & aulica servitia bey Ehren-Fällen und Ehrenzügen, *Ill.* DN. CHRIST. GOTTL. BVDER, *in Amœn. Jur. feud. Obs. XXIII. p.* 153. IO. GE. CRAMER, *in Exerc. de Jure Stat. Imp. exigendi a vasallis servitia aulica ;* etiam judicialiter servire tenentur. AVCTOR VET. *de Beneficiis, C. I.* §. 16. Homo etiam domino suo in hoc serviat, ut beneficiales sententias sibi inveniat. & *Tit. II. de ordine Placitationis. Jus feud. Alem. C. CXVII.* §. 1, 2. *C. IX.* §. 1. *in Corp.*

Jur.

Jur. feud. Germ. SENCKENBERGIANO, IO. SCHILTER, *in Comm. ad Jus feud. Alamann. C. IX. C. VI.* §. 1. 5. IO. FRID. SCHANNAT, *in Clientela Fuldensi, P. II. C. III. §. 3. p.* 45. CAROL. HENR. MOELLER, *in Primis Lin. Usus Pract. Dist. feudalium, C. XVIII. Dist. III. pag.* 402. Suis igitur non Domini sumtibus Judicio Parium adsident vasalli. Tenentur enim præstare hoc servitium suæ fidelitatis virtute. Vocabatur quondam servitium hocce judiciarium, servitium placiti. Hinc in homagiorum formula spondebant fideles: *„fidele servitium faciam, videlicet guerram „& placitum.“* IAC. DE S. GEORGIO, *de feudis, C.* 25. §. 24. CAROL. DU FRESNE DU CANGE, *in Gloss. Med. & infimæ Latinitatis, voce Placitum, Tomo V. p.* 519. Tale vero servitium procul dubio antiquitus propriis præstare sumtibus tenebatur vasallus. AUCTOR VETUS *de Benefic. Tit. I.* §. *XI. Jus feudale Saxon. C. IV. Jus feudale Alem. C. VII.* §. 8. *Ill.* DN. DAV. GE. STRUBEN, in den Neben-Stunden, *P. I. pag.* 414. *sq.* CAROL. HENR. MOELLER, *Dist. feudal. C. XVIII. dist.* 6. *pag.* 408. Haud iniqua igitur Curiæ Wurtembergensis est observantia, quæ sumtus servitii hujus iudicialis vasallis imponit. Etenim vasalli huius Ducatus, in sua, quam iurant, fidelitatis formula, spondent atque promittunt, Urthel zu sprechen mit Ihrer Fürstl. Gnaden Mannen, so Sie darzu erfordert und ermahnet werden. CHRIST. BESOLD, *in Thesauro Pract. voce* Lehens-Pflicht, *pag.* 573. IO. STEPH. BURGERMEISTER, *in Thes. Jur. Equestr. XII.* Satz, *C. XXV. pag.* 422.

Sed suis sumtibus vasalli Judicio adsident.

§. XXVIII.

Tempestive vero vasalli, Curiæque Pares ad præstandum hocce feudale servitium judiciarium evocandi sunt

Sed submonendi & evocandi sunt vasalli.

sunt & admonendi. CAROL. DU FRESNE DU CANGE, *in glofs. med. & inf. lat. voce submonere, Tomo VI. p.* 810. *sq.* Citantur igitur ad Curiam Wurtembergensem rite muniendam per peculiare Rescriptum, cujus vetustas, æque ac novas infra dabimus formulas, qualis constans & perpetua illa est: „Solchemnach erfordern und er„mahnen Wir dich bey denen Pflichten, damit du uns „und unserm Hertzogthum, von deines tragenden Lehens „wegen verbunden, biß auf obbemelten Termin geschickt „in Stuttgart zu erscheinen, mit andern beschriebenen „Richtern und Mannen zu Gericht zu sitzen, Urthel zu „sprechen, und zu thun, so lang solch Lehen-Gericht wäh„ren wird, was sich vermög der Lehen-Rechten und Ge„brauch, deiner Verpflichtung nach, gebühret. Quodsi legitima impedimenta vetent, quo minus vasallus in Curia comparere valeat, ea tempestive indicare, veniamque absentiæ & detrectatæ comparitionis rogare tenetur. Magnam perlegi ejusmodi excusationum copiam, quas tamen supervacaneum judico cum B. L communicare.

In Curia Wurtembergensi submonentur peculiari rescripto.

§. XXIX.

Etiam Litterati Adsessores non vasalli vocantur per rescriptum.

Similiter quoque per Rescriptum ad Curiam vocantur Adsessores judicii feudalis clientelari nexu destituti. Verum discrepat paullulum hujus citationis formula, quæ ita concinnatur: „alß gesinnen wir gnädigst an Euch, Ihr „wollet auf obbemerckten Termin dem hierunter niderse„zenden Lehengericht anwohnen." &c. Quodsi Principis Consiliarii Judicio Parium adsidere jubentur, insuper sub judicii auspiciis sui Sacramenti religione & vinculo solvuntur, ut omne partium vitetur studium: Es werden Ihnen die obhabende Amts-Pflichten erlassen. Quod

Quod numerum Parium adtinet, valde iterum alucinatur b. IO. STEPH. BVRGERMEISTER, *in Thes. Jur. Equ. XII.* Satz. *C. XXVI. p.* 431. dum septenarium perhibet esse fixum. Nam ex variis Curiæ Wurtembergensis actis addiscere nobis contigit, nunquam definitum certumque fuisse eorum numerum, eumque nonnunquam usque ad triginta Scabinos adscendisse. Quemadmodum vero tantum non omnibus Germaniæ judiciis utplurimum duodenarius adsessorum numerus arrisit, solemnisque extitit; quemadmodum idem quoque in Judiciis Parium Curiæ plerubique receptus est; *Ill.* DN. CHR. GOTTL. BVDER, *Diss. de Judiciis duodecimviralibus Populorum Septentrionalium ac Germaniæ, Opusc. P.* 363. *Jus feudale Alemannicum, C. XVIII.* apud HENR. CHRIST. L. B. DE SENCKENBERG, *Corp. Jur. feudal. Germ. p.* 30. „Ein „Herre sol zu dem mynsten zwölff Mann han, do er umbe „Lehen richtet.“ b. IO. AD. KOPP, in den Proben des teutschen Lehen-Rechts, *p.* 6. CHR. GOTTL. BVDER, *c. l. §. XVII. p.* 572. *seq.* HENR. CHRIST. L. B. DE SENCKENBERG, *in Primis Lineis Juris feud. P. II. C. XVII. p.* 523. §. 432. BVRC. GOTTH. STRVV, *in Elem. Jur. feudal. C. XXI. §. VI. p.* 620. ita plerumque Curiæ quoque Wurtembergensi duodecim placuerunt adsessores. Saltim recentissimo Curiæ Wurtembergensis judicio in causa Kaltenthal wider das Hochfürstl. Hauß Würtemberg, a. MDCCXLVIII. habito, duodecim interfuerunt adsessores. Idem numerus Parium duodenarius Gallis etiam arridet. PHIL. BRÜSSEL *dans son nouvel Examen des fiefs &c. Tome I. Ch. XLI. de la fixation des Pairs de Françe à douze, L'Auteur de histoire de la Pairie de Françe. p.* 2. *sq.*

Numerus Adsessorum Judicii feud. Wurtemb.

§. XXX.

Ordo adsidendi sorte definitur.

Quum vero Judicium Parium Curiæ Wurtembergicum e convasallis Paribusque, & aliis adsessoribus constitui soleat atque conflari, eorum ordo adsidendi juxta vetustum curiæ morem *sorte* definitur. Priusquam igitur judicium consideat, sorte quilibet Scabinorum suum adipiscatur obtineatve necesse est locum. Denique circa judicii Scabinos nobis postrema emergit quæstio, utrum Pares Curiæ & Adsessores novo adstringi soleant in Curia Wurtembergensi sacramento, abs quo immunes esse solent secundum juris communis doctrinam. IO. LAVR. FLEISCHER, *Inst. Jur. Feud. C. XXII. §. C. p.* 829. Et ex subjuncto jurisjurandi exemplo resultat responsio, tam judicem, quam assessores novo & peculiari devinciendos esse jurejurando, omnesque illud *judici, judicem* vero primo adsessori præstare solere.

In Curia Wurtemb. peculiari devinciuntur jurejurando.

§. XXXI.

Actuarius Judicii feud. Wurtembergici.

Actuarii munere in judicio Parium Curiæ defungi solet Secretarius rerum feudalium ordinarius, peculiari etiam jurejurando adstringendus, suique Sacramenti officialis vinculo exsolvendus. Reliquæ personæ judiciorum accessoriæ & minus principales, e. g. Procuratores, Advocati, Curatores &c. nullam peculiarem requirunt disquisitionem, siquidem in judicio feudali iisdem ac in aliis judiciis censentur iuribus. Nolim enim ea heic referre, quæ iura feudalia Germaniæ antiqua de Advocatis, von denen Fürsprechern, garriunt. Nolim quoque communem de harum personarum legitimatione doctrinam heic inopportuno loco recoquere. In Wurtembergensi Curia quondam Principis mandatarius esse solebat Consilia-

ſiliarius intimus, vel alius vir illuſtrior; hodie Advocatis id muneris delegatur, ceu ex ſubjunctis patet documentis.

§. XXXII.

Sed mittimus tandem Judicii perſonas, & ad procedendi modum mentem calamumque deflectimus. Abſit vero, ut antiquas proceſſus veteris beneficiarii nænias recenſeamus. Cui volupe eſt iſtas guſtare dapes, eum ablegamus ad AVCTOREM VETEREM *de beneficiis Tit. II. de ordine placitationis*, aliasque Germanorum Leges. *Jus Feud. Sax. C* 65. 68. *Jus Feud. Alem. paſſim*; ſecundum *indicem Corp. Jur. feud. Germ.* SENCKENBERGIANI, *voce* Lehen=Gericht, IAC. FRID. LVDOVICI in der Einleitung in den Lehens=Proceß, Cap. *III. ſqq.* IO. STEPH. BVRGERMEISTER, *Thes. Jur. Equ. XII.* Saz. *C. XXVI.* GE. BEYERVM, *in Add. ad* ADR. VOLCKMANNI *Notariat*s=Kunſt, *P. I.* C. 87. ex quibus omnia proceſſus feudalis antiqui ſollemnia addiſcere poteris. Tacemus quoque pauciſſima quædam proceſſus feudalis moderni ac recentioris ſingularia, quæ eleganter recenſentur in HENR. CAROLI MOELLERI *Primis Lin. Uſus Practici Diſt. feudal. C. XXV. Diſt. II. p.* 544. & IO. LAVR. FLEISCHERI *Inſt. Jur. Feudal. C. XXII. §. XII. p.* 839. In reliquis omnibus proceſſus feudalis exacte cum communi & allodiali ordine judiciario, præſertim ſummario, convenit.

Procedendi ordo Judicii Parium Curiæ Wurtembergenſis.

§. XXXIII.

In Judicio Parium Curiæ Wurtembergico proceſſus *oralis* obtinet. Judicium hiſce aperitur ſolemnibus. Princeps Sereniſſimus e Miniſtris ſuis unum delegat, qui ad curiam feudalem congregatam verba faciat de

Continuatur ejus delineatio.

Judicio

Judicio feudali Parium Curiæ rite & legitime constituto. Quo facto omnes Adsessores Serenissimo officii Sacramento devincitos, hujus religione is exsolvit. Dein judicium considet; loca sessionis distribuuntur per sortem; Judex Adsessores & Actuarium ad jusjurandum præstandum adigit; idemque primo Adsessori illud præstat. Denique admittuntur partes, quæ oretenus sua desideria proponunt, totumque hac ratione processum instruunt, *sententia*, cuius varia subiunximus exempla, finiendum. *Solus* vero Dominus & Princeps Serenissimus totum iterum dissolvit *Judicium*, eiusque *Adsessores* dimittit. Contra Sententiam a Judicio Parium Curiæ Wurtembergico pronunciatam latamque ad Imperii Tribunalia nulla indulgetur provocatio. In Privilegio enm Genti Serenissimæ Wurtembergicæ indulto d. X. Aug. A. MDXCV. Imper. Maximil. I. apud IO. CHR. LVNIG in dem Teutschen Reichs-*Archiv, P. Spec. Contin. II. IV.* Abtheil. *VII.* Absaz, *Privil. XXV. p.* 1714 & b. HENR. MARTIN. BVRCCARD in dem Würtemb. d Kleeblatt reyer *Privilegiorum, Exemtionis Fori, Austreg. & de non appellendo*, Beilagen *N.* 3. Vasallis indistincte omnis provocandi licentia vetita est atque ademta. „Mannen, Leuth ꝛc. b. IO. PET. DE LVDEWIG *Tract. de Prærogativis Ducatus Wurtembergensis &c. Sect. II. C. II.* §. 1. *L. c. &c. Ill. & Magnif.* D. D. WOLFG. AD. SCHOEPF *C. de Procefs. Appell. Nullit. Restit. in Integr. Revisionis & Remissionis, C. I.* §. *XXV. p.* 48. *ed.* 1748. CHRIST. BESOLDVS *in Consil. XXXII. n.* 4. Sed vela contrahimus, Deoque pro Suffectis viribus ardentissimas persolvimus grates.

TANTVM!

Beilagen.

Beilagen.

N. I.

Kayser Friderichs des IIIten Freyheits-Brief, welchen Er Graf Eberhard dem Aeltern von Würtemberg ertheilt, zu seinen Mannen- und Lehen-Gerichten, auch andere verständige Personen, so nicht Mannen sind, zu verordnen. Innsprugg, den 20. May 1489.

Wir Friederich ꝛc. bekennen offentlich mit disem Brieue, und thuen kundt allermeniglich, daß vnns der Welgebern vnser Schwager, Rath, vnnd des Reichs lieber Getrewer, Eberhardt der elther, Graue zue Württemperg vnnd zue Mumppelgart, hat fürbringen lassen, Wiewell bej Jme herkemmen und gewehnheit seie, das alle Handel und Sachen, so Lehen beruern, vor seinem Lehenn-Richter und Mannen berechtet werden solten, So begeb sich doch zu vilmalen, wann er Lehenmann-Tag fürnem, vnnd seine Lehenmann darzu In merglicher Zall beschreibe vnnd eruerder, nach Lehens-Recht, wie sich dann gepüren sollt, zu handlen, das derselben eruerderten Mann etlich Kranncheit, auch etlich ander Irer Anligen vnnd Geschafft halb, vßpliben, vnnd die so gehorsam erschinen, seiendt etlich In sollicher Jugendt Irer Jare, auch etlich allt gnug, aber sonnst so vngeübt vnnd vngebraucht, zu Recht zu reden, vnnd nach Ordnung Rechtlich zu hanndlen, das es nit zu sonderlichem Vßtrag vnnd Rechten diene, das er Jhr alls der Lehenherr gern verhuet sehen wellt, vnnd vnns daruf demuetiglich angerueffen vnnd gepetten, Jne hierzun gnediglich zufürsehen, vnnd wan nun nit billich were, das Jemandt an seinem Rechten, durch sollich obberuert Vrsachen, dermaßen beschwerdt werden sollt, darumb so haben wir zu

